

notavimus, adhibet, cum accentibus conciliari posse ju-
dicamus. Ita v. ille: *utraqque sententia tam quæ vertit fra-
ter Japheti major, quam quæ frater Japheti majoris cogi-
tur subaudire copulam b. m. patri omnium filiorum Eberi,*
*& fratri Japheti, Quare nobis videtur potius Eber dici fra-
ter Japheti & ita vertendum: patri omnium filiorum Ebe-
ri, fratribus Japheti majoris, b. e. Japheti, qui major est
ipso Ebero, quomodo significatur, quod Japhetus fuerit
frater Eber, non in eodem aut pari gradu, sed in impari, in
quo Japhetus superior &c.* Hæc si ita essent, & non tam
Sem quam Eber h. l. frater Japheti major s. majoris appel-
laretur, cum postrema magis respicerent **עָבֵר** גּוֹ quam
Semum, qui hic vocatur **כָּל בְּנֵי אָבִי** & insuper
עָבֵר גּוֹ cum subsequente **אַחֲרֵי** in eodem casu construatur,
in vocum autem nexu continuato & protracto ultimæ
voces propter priorem respectum, juxta quem distin-
ctionem sit proportio, ordinarie magis conjunctæ sint
quam præcedentes, docentibus id illis qui de Accent.
scripsere, ex quibus vel solum vid. B. Weim. Doctr.
Accent. Reg. 2. memb. 2. p. 23. major omnino accentus
requiriatur in **אָבִי**, quam impositus est **גּוֹ**; qui ve-
ro alias quam Sakephkaton iteratus; aut quia dominus
est unius vocis & caret servo itemque subdistinctivo
paschta in eadem secum voce, Sakephgadol esse non
posset, prouti ex ubi vis obviis consecutionis accentuum
regulis videre est. Manifestum itaque est majorem valo-
rem **תּוֹךְ** nominis **אָבִי**, quam **תּוֹךְ** in B. virum
attribuisse, cum ille paschta h. l. ne quidem sit distin-
ctivus, sed conjunctivus – vicarius, adeoque peccasse
illum in Axiom. l. coll. 6. Et si vel maxime largiremur
– esse actu distinctivem, in axioma 3. hac ratione im-
pingi,